

Zeitschrift: Museum Helveticum ad juvandas literas in publicos usus apertum

Herausgeber: Litteris Conradi Orellii et Soc.

Band: - (1752)

Heft: 26

Artikel: Vindicatio : locorum Marc. IV.12 & Luc. VIII.10

Autor: Bokelmannus, G.G. / Ritzius, A.

DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-394720>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 21.08.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

VINDICATIO.

Locorum MARC. IV. 12. & LUC. VIII. 10.

a Φευδερμηνείᾳ

G. G. BOKELMANNI.

Autore

ANDR. RITZIO,

Phil. Doct. & Rect. Deciensi.

Incidi nuper in nova litteraria Goetingensia Anni 1746. ex quibus sequentia meum in usum excerpere, operæ pretium duxi, tum quod Loca SSæ. adducta in aliam plane sententiam verti, vel perverti, quam Textus sacer permittit, animadverterim: tum quod Reformato-
rum Dogma de gratia in Christo erroris redargui cernerem in litterariis hujus tenoris sunt:
Helmstädt. Unter dem Beystand des Herrn Gesenius, der Griechischen Sprache und Philolo-
giæ öffentlichen Lehrers, wie auch Diaconus in der Stadt-Kirche vertheidigte G. G. Bokelmann seine Dissertation, die folgenden Titul hat: Dissertatio Philologico critica in mitiorem verborum Christi, quæ Marci IV. 12. & Lucæ VIII. 10. exstant, sensum inquirens 5. Bogen in 4. Die Lehrer, welche in der Reformirten Kirchen den harten Sägen von dem unbedingten Rahtschlusse Gottes

Gottes beypflichten, suchen in diesen Stellen einen Vertheidigungs-Grund ihres Lehr-Gebäudes. Unter diese gehöret Herr Waldschmied, der sich durch eine Schrift, wider den sel. Langen, darin er diesen fürchterlichen Satz: daß die Gnade Gottes in Christo nur einigen ertheilet seye, vertheidiget, bekannt gemacht, und der sich eingebildet, hier in den Worten Christi, den gewissen Grund von dieser trostlosen Lehre zu finden. Ob gleich nun dieser Ort, dem ersten Anblit nach, vielen hart, und so vorkommen ist, als wenn hierinnen eine Vertheidigung des unbedingten Rathschlusses enthalten wäre: so zeiget doch der geschickte Herr Respondent, daß alle Schwürigkeit auf den beiden Wörtern, *ινα* und *μηποτε* beruhe, die Particula, *ινα*, muß durch *quia*, und nicht durch *ut*, und *μηποτε*, durch *num forte*, und nicht durch *ne forte* übersetzt werden. Die erste Gelegenheit zu diesen Gedanken ist dem Herrn Verfasser, durch Lesung des X. Tom. §. 16. Observationum Hallensium gegeben worden; und er führet das, was dort angeführt worden, hier weiter aus, die ganze Abhandlung ist mit vieler Belesenheit und Einsicht geschrieben. Die Worte des Heylands werden also gegeben: Durch Gleichnisse rede ich zu dem Volk / weil / wenn ich ohne Gleichnisse reden sollte / so würden sie mit Augen sehen / und doch nichts verstehen / und mit Ohren hören / und es doch nicht wahrnehmen: Dahero rede ich um ihrer schwachen Erkāntniß willen mit ihnen durch Gleichniß / daß sie / wenn sie vielleicht mich besser fassen / sich bekehren / und ihnen ihre Sünden möchten vergeben werden.

§. 2.

In his verbis apparet, Auctorem Dissertationis vocabulis græcis 1°. *ivα*, 2°. *ivα μὴ* & 3°. *μὴ ποτε* alium tribuere sensum, quam, quem alias habent & admittunt, frequentissimoque usu usurpantur, adeoque 4°. ex propositione, uti verba præ se ferunt negante, affirmantem substituere. Magnopere doleo, quod mihi non contigerit esse tam felici, ut doctam ejus Dissertationem, I quæ de ejus peritia in re litteraria & Eruditionis thesauro acquisito, (quod Encomium illi à Recensore novellarum litteriarum attributum, quippe mihi penitus ignoto, non invideo, nec invidere volo, nec possum) testimonium perhibere dicitur, perlegere & oculis perlustrare potuerim, multa enim, quæ forsitan me fugiunt, ab Domino isto & ex Dissertatione ejus erudita discere potuissem.

§. 3.

Quo commodo autem cum destituar, Ratio ne duce, & Textu sacro prævio, inquirendum mihi esse opinor. 1°. In significationem particulæ & vocabuli græci *ivα*. 2°. in particulam *ivα μὴ*. 3°. in particulam *μὴ ποτε*. 4°. quibus explanatis videbo, an fieri possit, ut ex propositione apparente negante, salvo Textu sacro, affirmans locum habere possit. Adeoque num expressio in Dissertatione Dn. Bokelmanni asserta genuina, locorumque sacræ scripturæ allegatorum Egræciam ad παρεργίνης sit dicenda.

§. 4.

§. 4.

In antecessum autem B. L. præmonitum velim, quod controversiam illam de Decreto ab solo vel conditionato inter Lutheranos & Reformatos agitatam, & prioribus adeo invisam, jam meam non faciam: sed in medio relinquam, nimis enim prolixum mihi foret, hanc controversiæ contradictionis serram cum quoquam reciprocare & actum frustra agere. Scopus autem meus unicus est; ut in genuinam vocabulorum græcorum in dicta Dissert. Dn. Bokelmanni assertam significationem & cum textu sacro convenientiam inquiram.

§. 5.

Quod vocabulum græcum, ἵνα significet *UT* caussam finalem indigitans, nemo, ut spero, in dubium vocabit, aut controversiam mihi movebit, ita enim omnia Lexica Græca nos docent: Quibus si non stare, nec iis credere liceret, in lingua græca certi nihil nobis suppeteret, & incerti ac dubii circa significationem vocabulorum fluctuaremur. Sed salva res est, interpretes enim cuncti quotquot consulere licuit, tum sacri, tum profani, tum Orthodoxi, tum heterodoxi vocabulum hoc, ἵνα *UT* exposuerunt: num autem hæc particula etiam alio significatu adhibeatur, & quidem in Novo Testamento græco, & in significatione *QUIA*, uti Dn. Bokelmannus §. I. prohibere dicitur, id nobis dispiciendum.

§. 6.

Animadvertis quidem D. Glassium in Philologia

logia sacra p. 1123. *ivx* vocabulum hoc expōnere ἐκβατικῶς, ut ait, sic enim ejus verba sonant. Canon. XIX. causalis conjunctio οὐδὲ, *ivx* ut & æquipollentes, non *semper notat* caussam rei finalem, sed sæpius sequelam tantum, aut even-tum. Alii sic. Conjunctio *ut*, non semper αἰτιο-λογίας significationem habet, sed crebro ἐκβάσεως, eventus, sive exitus. Quem in finem citat Da-mascenum, Lib. IV. Orth. fid. c. 20. Ἐθος τῷ γραφῇ ἐκβατικῶς ὀφείλοντα λέγεσθαι, αἰτιολογικῶς λεγειν, & Alb. in Coment. Joh. XII. *ut* aliquan-do non notat caussam finalem: sed tantum ter-minum, ad quem opus absque intentione ope-rantis terminatur. Veluti si dicam: Hic intrat in aquam, ut submergatur: & in hunc censem refert Matth. XIII. 34. 35. ὅπως i. e. unde eve-niet, ut super vos veniat omnis sanguis justus & Joh. V. 2. 3. 39. Joh. XV. 25. XVII. 12. XIX. 24. Joh. XII. 38. 39. Matth. XIII. 13. 15. Marc. IV. 12. Luc. VIII. 10. Num Dn. Bokel-manni in Dissert. sua ad hanc explicationem Glas-si respexerit vel eam adoptaverit, non habeo dicere, quia eam non vidi.

§. 7.

Præterea idem Dn. Glassius Phil. sacra p. 1129. (quem quidem librum maximi facio) Canone XX. ait *ivx* etiam alijs modis usurpari, ut 1°. pro, præterea quod. 2°. Non semper τελικῶς, seu de caussa finali accipi, sed quandoque εἰδικῶς, ita ut specificativa seu explanativa particula sit, uti Joh. XV. 8. *ivx*, ut plurimum fructum fera-tis: h.e. dum fructum fertis: sic v. 10. & Joh. XVI.

7. *īra*, ut ego vadam, i. e. id ipsum quod vado
 3°. idem quandoque est, ac *adeo ut*, vid.
 2. Cor. I. 17. VIII. 9. Apoc. VIII. 12. quibus de
 rebus Auctori controversiam non movebo.

§. 7.

Sed positis, non concessis, diversis his parti-
 culæ hujus *īra* significationibus, hæc veniunt
 consideranda 1°. quod etsi *īra* sumatur *ex̄batimōs*,
 vel *īdīkōs*; nihilominus cum alia vocabula vel
 præmittenda sint, vel nova constructio admit-
 tenda, ut significatio hujus particulæ *ut*, necesse
 est ut repetatur, si sensum naturalem, vel ratio-
 nalem fundare debet e. gr. Math. XIV. 34. unde
 eveniet, *ut* Joh. IX. 3. ideo factum est, *ut* ma-
 nifesta fiant opera Dei. 2°. In toto Novo Testa-
 mento nusquam inveni, particulam hanc *īra* per
quia redditam esse. Eum in finem totum Græ-
 cum N. Testamentum à calce ad carcerem, ut
 vulgo dicitur, perlegi, omniaque loca, in qui-
 bus hæc particula, *īra* occurrit, notavi, ex-
 cerpsi, exscripsi, summo studio inquisitus, num
 hanc significationem *quia* alicubi reperire pos-
 sim. Dantur enim 454. versus in Novo Testa-
 mento, in quibus particula *īra* occurrit, si bene
 calculum duxi; in quibus num particulæ huic
īra, significatio, *quia*, *quod*, *quoniam*, com-
 mode tribui possit, vel liceat, perquisivi; sed
 non nisi unicum inveni Apoc. XIV. 13. cuius
 verba hæc sunt: Ναὶ λέγει τὸ πνεῦμα, ἵνα ἀν-
 παύσωται ἐκ τῶν κόπων ἀυτῶν, ut requiescant a la-
 boribus suis. Quem locum quam plurimi Inter-
 pretum seddunt per: *Nam*, vel *quia*, *quoniam*
 re.

requiescent &c. Hinc fortasse auctor Dissertationis argumentatur, si alibi in S. S. particulae significationem admittit, *quia*, *quoniam*, nulla vis textui sacro infertur, si alio quoque in loco eidem particulæ eadem significatio tribuatur, adeoque in locis citatis, bene per *quia* reddi potest: Sed huic argumento aliud æque validum opponi potest, nempe: Quæ particula eandem perpetuo in S. S. significationem habet, uno saltem loco excepto, eandem ei licet in locis citatis adscribere, usita ferente, cum in rebus plurimis à potiori numero denominatio fiat. Hæc certe argumentationis ratio ejusdem vel majoris priore ponderis est. Cui igitur palma præ altera tribuenda sic dispiciendum: Me nempe judice, circumstantiae Textum sacrum comitantes, vel particulæ aliæ præsentes, majus vel minus pondus adjiciunt, ut judicium in hanc potius, quam in alteram partem propendeat & præponderare debeat.

§. 9.

Etenim probe animadvertisendum hanc particulam *iv*, non solam, sed cum alia adhuc particula *Inempe μὴ* conjunctam esse in Textu sacro, & quidem in hac ipsa substrata materia, ita ut dicatur *iv μὴ*, *ut ne*, uti ex inspectione locorum parallelorum clarissime patebit, Matth. XIII. V. 10...15. Καὶ προσελθόντες οἱ μαθηταί, εἶπον αὐτῷ· Διὰ τί ἐν παραβολαῖς λαλεῖς αὐτοῖς; Οὐδὲ ἀποκριθεῖς εἶπεν αὐτοῖς· Οὕτι σύμιν δέδοται γυάνας τῷ μυστήριῳ τῆς βασιλείας τῶν ἡρωών; ἐπείνοις δὲ ἢ δέδοται. V. 13. Διὰ τότε ἐν παραβολαῖς αὐτοῖς λαλῶ, ὅτι βλέποντες ἢ βλέπετε, τοῦτο ἀκούετες ἢ τὸν ακούετεν, οὐδὲ συνιγγίνετε. Καὶ ἀναπληρεῖται ἐτὸν αὐτοῖς οὐ προφῆται.

τεία Ήσαΐς, ἢ λέγεται· Αἴκινοι αἰκάλεστε, καὶ τὸ μὴ συν-
θῆτε, καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ τὸ μὴ ἴδητε. v. 15. Ε'-
παχυνθῇ γὰρ ἡ καρδία τῶν λαῶν τότε, καὶ τοῖς ὄστραις
βαρέως ἔκκεσαν, καὶ τὰς ὄφθαλμάς αὐτῶν ἐκάμησαν,
μήποτε ἴδωσι τοῖς ὄφθαλμοῖς, καὶ τοῖς ὄστραις αἰκάλεσται,
καὶ τὴν καρδίαν συνιῶσι, καὶ ἐπιστρέψουσι, καὶ ἵστηματα
αὐτῶν. In quibus verbis particula ἵνα plane non
adhibetur, sensu tamen cum aliis locis plane con-
veniente; discriminē quoque inter diversi generis
personas, quorum his auditus & visus spiritualis
& salutaris concessus, illis denegatus est, probe
observato; Sic, Marci cap. IV. v. 12. Ιῆτε βλέ-
ποντες βλέπωσι, καὶ μὴ ἴδωσι, καὶ αἰκάλεστε αἰκάλεσται,
καὶ μὴ συνιῶσι. μήποτε ἐπιστρέψωσι, καὶ πῶς πά-
σας τὰς παραβολὰς γνώσεσθε. In quo loco quidem
ἵνα & μὴ, in separatis quidem commatibus lo-
cantur, ita tamen, ut alterum alteri quoad sen-
sum succurrat, neque divelli possint. Quemad-
modum etiam manifeste videre licet Luc. VIII.
v. 10. Οὐ δὲ εἶπεν· Υἱὸν δέδοται γυναικαῖς τὰ μυστήρια
τῆς βασιλείας τῷ Θεῷ· τοῖς δὲ λοιποῖς ἐν παραβολαῖς,
ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι, καὶ αἰκάλεστε μὴ συνιῶσιν.
Quartum adjicere mihi liceat: Joh. XII. 39. 40.
Διὸ τῦτο οὐκ ἤδυναντο πιστεύειν, ὅτι πάλιν εἶπε Ήσαΐας.
Τετύφλωκεν αὐτῶν τὰς ὄφθαλμάς, καὶ πεπλάρωκεν αὐ-
τῶν τὴν καρδίαν· ἵνα μὴ ἴδωσι τοῖς ὄφθαλμοῖς,
καὶ νοίσωσι τὴν καρδίαν, καὶ ἐπιστραφῶσι, καὶ
ἵστηματα αὐτῶν. Veritatis igitur amanti extra om-
ne dubium erit positum, quod phrases eadem,
in materia eadem, in quæstione eadem in doctri-
na à diversis licet, sed θεοπνεύσοις scriptoribus
adhibitæ, sint æquipollentes, adeoque particu-
lam ἵνα in locis citatis Marc. IV. & Luc. VIII. non
separatim, sed cum particula μὴ, conjunctam esse

con-

considerandam : ut dicatur *īra μὴ*, & non seorsim solum *īra*, ut hæc ratio quoque me movit, ut non minus ac antea, quoad particulam *īra* solam, cuncta N. T. loca perquisiverim num Dn. Bokelmanni prætensa mitior interpretatio alicubi menti meæ se exhibeat.

§. IO.

Sed ut, verum fatear, loca Novi Testamenti, quorum centum numeravi, in quibus *īra μὴ* leguntur, Lexicis græcis, quoad significationem ne vel *ut ne*, ne unico quidem loco excepto, exactissime respondentia repperi, irrefragabili arguento, loca quæstionis sensum fundere negativum vi vocabulorum horum, *īra μὴ*. Si unius loci significatio varia particularum istarum observari posset; aliqua dubitatio de sensu contrario oriri posset; sed cum unanimis, eadem in singulis detur significatio, non video qua ratione, qua auctoritate, nos germani græcis vocabulis alium tribueremus sensum, quam quem genius & indoles linguae iis vulgo assignat.

§. II.

Pergam tandem ad particulam *μή ποτε*: hæ particulæ quandoque conjunctim, quandoque separatim ponuntur, significatione tamen nihil mutata. Significant autem, *nonnunquam*, ne *inquit*, ne *quando*, ne *forte*: Interrogative, *num*. Dubitative *num*. Jam quæritur, quæ significatio locis citatis Marc. IV. 12. & Luc. VIII. 10. sit eligenda & alteri præferenda? Dn. Bokelman-nus pertendit particulas reddendas esse dubitative, *num forte*, vi §. I. Decem octo loca dantur in Novo Testamento, in quibus legere licet *μήποτε*, si duo loca citata de numero detrahias:

videlicet Matth. V. v. 25. VII. v. 6. XIII. v. 15.
 XV. v. 32. XVII. v. 64. [Marc. IV. v. 12.] XIV.
 v. 2. Lucæ IV. v. 12. Joh. VII. v. 26. Interro-
 gative Act. XXVIII. v. 27. [est locus parallelus
 Matth. XIII. 15.] 1. Cor. VIII. v. 9. 2. Cor. XI.
 v. 3. Gal. II. v. 2. IV: v. 11. 2. Tim. II. v. 25.
 Hebr. II. v. 1. III. 12. IV. 1. IX. 17.

Hic observari velim quod 1. Cor. VIII.
 Cor. XI. Gal. II. habeant $\mu\pi\tau\omega\varsigma$, vocabulum
 $\iota\sigma\alpha\delta\iota\gamma\eta\pi\mu\nu$, & nunquam alium sensum fundans;
 nisi, ne, nequando, neforte, nunquam autem,
 num forte, aut dubitative, sed semper negative
 quominus id, quod verbis indicatur fiat, vel ef-
 fectum suum sortiatur; ut loca insipienti, ad
 oculum patebit: Quare rationi magis convenire
 duco, si in Novo Testamento consueta signifi-
 catio vocabulorum & perpetua retineatur. Quam
 si alia & nova $\iota\delta\iota\alpha\varsigma \epsilon\pi\iota\lambda\upsilon\sigma\tau\omega\varsigma$ adoptetur: ego enim
 malim cum Spiritu Sancto & Sacra Scriptura loqui
 & sentire, quam aliam auctoritatem sequi.

§. 12.

Hinc patet, particulas hasce, nonnisi negan-
 di vim & significationem admittentes totam pro-
 positionem locorum citatorum reddere negativam
 & nullo modo affirmativam, quemadmodum Dn.
 Bokelmannus & Dn. Præses ejus Gesenius Profes-
 sor Graecæ Linguae vi §. 1. commentari, asse-
 rere, vel verba locorum interpretari volunt. Cum
 enim conjunctio $\iota\pi\alpha$ in locis controversis non so-
 la, sed conjunctim cum Particula $\mu\pi\tau\omega\varsigma$, conjunga-
 tur & necessario quidem conjungi debeat, si con-
 nexio verborum & sensus illorum salvus & integer
 manere

manere & conservari debeat, *ινα μη* autem in toto Novo Testamento negationem semper & ubique includat per §. 10. Tertio *μηποτε*, quando particulæ *ινα μη* comitatur constanter negandi vim & cautionem, quæ in Novo Testam. sacro subjicitur & ponitur, ne forsan futura; ne forte illa, vel quo minus illa effectui detur postulet: A mente & ratione prorsus alienum videtur, si quis propositionem, in qua hi modi loquendi usurpantur & istæ particulæ obviæ sunt & adhibentur, & necessario negativam reddere velit affirmativam. Hoc si in interpretanda Sacra Scriptura liceret, annon hoc esset facere ex oī vñ, & Jesum, os veritatis, bilinguem, quod absit; annon Servatori in os contradiceretur qui expressis verbis negavit Matth. XIII. v. 11. *Υμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας των θεών, ἐκείνοις, illis,* cum quibus in parabolis locutus sum *δὲ οὐ δέδοται, vero non datum.* Certe isti qui verba ita contra mentem Christi interpretantur ipsi mihi videntur *τας ὀφθαλμὰς κακάμικενας.*

§. 13.

His jam notatis addere liceat examen interpretationis in tota sua connexione, in qua I^o. memoria digna notatu est ingenua confessio, quam his de locis publice profitentur Auctores Theos hujus. Ob gleich dieser Ort, dem ersten Anblit nach, vielen hart, und so vorkommen ist, als wenn hierinnen eine Vertheidigung des unbedingten Rathschlusses enthalten wäre. Quamvis autem supra §. 4. declaraverim me hanc materiam & controversiam jam non ventilaturum; quia tamen, ut ictum hunc formidabilem devitaret, Dn. Bekelmannum se abripi passum esse

video', ut locis supra citatis sensum plane alienum & perversum Sacrae Scripturæ, connexioni verborum, indoli linguae græcæ & menti JESU CHRISTI, licet clarissimæ, prorsus adversum & contrarium, interpretatione sua, qua particulam *να* per quia vertit, particulæ *να μη* quæ tamen in locis propositis adsunt, significationem non tangat, sed studio omittat, in qua autem Emphasis sensus locorum latet, & vocabulum μήτοτε aliter quam Sacrae Scripturæ mos est torqueat, nempe quod loco *ne forte*, ei significatum *num forte* tribuat, adeoque ex propositione apertissime negante, cudit affirmantem: merito temeritati ejus obviam eundum & verum sacri Textus sensum & apertam veritatem contra σφράγιστες quasvis defendendam æquum esse duxi: Ut igitur e diverticulo in viam redeam, Confessio supra citata ait: In locis adductis primo intuitu verba prout vulgus & Reformati intellegunt [interpretatio enim cuivis obvia iis nempe in locis, sudes in oculis est] dura multis visa esse, dura &c. [reliqua lubens prætero: Quippe a scopo meo aliena] quippe quæ & oculos & mentem seriebant, rationi non adeo contraria sunt; quod enim multis ita & non aliter se habere videatur à vero haud procul abesse ducitur.

§. 14.

Sed si II^o. totam paraphrasin locorum allegatorum admittamus, quando ait. Die Worte des Heylands werden also gegeben: Durch Gleichnisse rede ich zu dem Unwissenden Volk, weil, wenn ich ohne Gleichniß reden sollte, so würden sie mit Augen

Augen sehen, und doch nichts verstehen, und mit
 Ohren hören und es nicht wahrnehmen: dahero
 rede ich um ihrer schwachen Erkanntniß wegen,
 mit ihnen durch Gleichniß, daß sie, wenn sie viel-
 leicht mich besser fassen, sich bekehren, und ihre
 Sünden ihnen möchten vergeben werden. Quid
 ergo hac paraphrasi lucrantur? An obtineri posse
 credunt, vel obtainuerunt, vel in posterum se ob-
 tenturos sperant, quosdam, qui cum Judæis
 tempore Christi ejusdem conditionis sunt, sub
 eodem periculo & judicio excæcationis, & ob-
 durationis cordis jacent, oculos mentis illumina-
 tos retenturos vel recepturos esse; si Textum
 sacrum, aliter ac Dominus locutus est & intel-
 lexit, loqui faciant & interpretentur? Manifestum
 enim est Dominum JESUM de Judæis, quibus
 cum ei res fuit & cum quibus locutus est, ne-
 gasse, quod eis datum sit cognoscere Mysteria
 regni cœlorum, & quidem rotundis & omni ex-
 ceptione majoribus verbis, loco citato Matth.
 XIII. v. 11. Joh. XII. v. 30. *καὶ ἀδύνατα πιστεύειν.*
 Pari ratione, sensu & scopo qui perhibetur Marc.
 IV. v. 12. Luc. VIII. v. 10. verba igitur negantia
 vel propositio negans, eodem sensu manente, non
 potest fieri affirmans, nec affirmans sub eadem
 conditione negans, idem enim non simul esse po-
 test, & non esse.

§. 15.

Sed dices dura esse verba, conceptu diffici-
 lia, quis ea audiet? Joh. VI. v. 60. Durum est,
 quod quidam saltim oculos habeant ad viden-
 dum & aures ad audiendum, ceteri autem hac
 gratia sint excludendi, cum tamen Filius Dei in

mundum venerit, ut perditum quæreret, & secum colligeret, & vitam restitueret: sed tamen certissimum est quod Christus dixit Joh. VI. 44. Nemo potest ad me venire, nisi pater eum trahat. Durum quidem erit cunctis, qui ad lumen Gratiae cœcutient sine discrimine, ipse pro me respondeas licet, durum fuit Judæis auditu, quod Christus de iis professus est Luc. XIX. v. 42. O si jam nosceres quæ ad pacem tuam! Sed nunc abscondita sunt oculis tuis, & judicium vastationis urbis suæ subiungunt. Consule locum Rom. XI. v. 33.

TANTUM.



J.